

Itinerant justices in Kent : 1227 : Eyre of Martin de Pateshulle and others

Four justices were appointed to conduct this eyre: Martin de Pateshulle, Matheus fiz Herebert, Willelm de l'Isle (de Insula) and Ricard Duket. Their instructions were issued in mid August: they were to start work at Canterbury on 15 September; having finished with Kent, they were to continue their journey through Essex, Hertfordshire, Norfolk and Suffolk, holding sessions at dates to be decided by them (*Close rolls 1224-7*, p 213).

The roll which contains a record of their proceedings in Kent (JUST 1/358) is, for this county, the earliest survivor of its kind. It probably deserves to be published. Images of the entire roll can be found at <http://aalt.law.uh.edu/AALT4/JUST1/JUST1no358/>, but they are not very easy to read.

Some extracts relating to the "Pleas of the crown" were printed in the appendix to *Book of fees*, pp 1343-6: "Placita corone apud Cantuariam in crastino Exaltationis Sancte Crucis <15 Sep> coram M. de Pateshill' et sociis suis".

Large excerpts made by a contemporary lawyer, covering all the cases which raised some point of law (BL Add 12269), were edited by Maitland (1887, vol 3, pp 591-610). For anyone brave enough to grapple with the Latin jargon of thirteenth-century lawyers, I append a copy of Maitland's edition of this stretch of text.

(The original roll was wrongly classified at the time -- Maitland cites it as "Coram Rege Roll No 28" -- and that is why it was overlooked by Furley (1874). As far as Furley knew, the rolls for 1241 and 1255 were the earliest surviving records of this type.)

One case is adjourned to Chelmsford (p 609), where the justices were heading next.

Fines were levied before these justices at Canterbury between 21 Sep and 20 Oct (*Feet of fines*, pp 84-102), at Chelmsford between 31 Oct and 12 Nov (Kirk 1910, pp 73-82).

On 28 Sep, letters were sent to the men of the Cinque Ports ordering them to convene at Shepway on 18 Nov before the same itinerant justices (*Close rolls 1224-7*, pp 213-14) -- who would have had to hurry back from Essex for the purpose. But that session was postponed again and again, and in the end it never happened. I have copied the relevant letters into a separate file.

* * *

Maitland 1887, vol 3, pp 591-610

DE ITINERE M. DE PATTESHULLA ANNO REGIS
HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XI/MO COM.
KANCIE /1.

1764.

/2 Ricardus filius Reg' /3 et Roysia uxor eius pecierunt uersus Robertum filium Walteri vij. acras cum pert. in Lesnes ut ius ipsius Roysie, unde Roysia de Douera auia ipsius Roysie fuit seisita ut de feodo tempore Regis Ricardi capiendo inde etc., et de predicta Roysia descendit ius terre illius Roberto de Douera ut filio et heredi etc., et de Roberto huic etc.

Idem Ricardus et Roysia petunt uersus Ricardum de Monte Ficheti tantam terram cum pert. etc. in eadem uilla per eadem uerba et de eodem tempore, et uersus eundem Ricardum /4 etc. unde intrauit in warantum uersus eos pro Radulfo de Monte Ficheti etc.

/1 For this eyre A = Coram Rege Roll No. 38. It seems that the session was held at Canterbury on the morrow (15 Sept.) of the Exaltation.

/2 A. m. 2.

/3 Sic, A; the usual abbreviation not of *Reginaldi* but of *Regis*. <"Regis" is right; Roesia's father's name was "Fobert", not "Robert".>

/4 Fifty two acres in the same vill. A.

592

Et predictus Robertus uenit et defendit ius ipsorum nunc et alias, et petit sibi allocari quod predicti Ricardus et Roysia non uenerunt nec se essoniauerunt nec attornatus eorum uenit usque ad quartum diem. Et similiter predictus Ricardus. Et uidetur eis quod non debent ad hoc breue respondere, quia attornatus ipsorum non uenit, nec aliquis pro eis, nec idem Ricardus uenit ad diem sibi datum, set se fecit essoniari.

Et predicti Ricardus et Roysia dicunt quod uenit ad primum diem. Et quia testatum est quod fuit et comparuit ad primum diem, ideo respondeant.

Et predicti Robertus et Ricardus ueniunt et defendunt ius ipsorum sicut prius, et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere, quia predicti Robertus et Ricardus haberunt quemdam participem Ricardum de Umfrauilla qui mortuus est, qui partem habuit terre illius et qui placitatus fuit cum eis ita quod fecit attornatum, et de qua idem Ricardus de Umfrauilla obiit seisitus, et habet heredem qui plene etatis est, unde nolunt respondere nisi curia considerauerit.

Et predicti Ricardus et Roysia ueniunt et dicunt quod nunquam pecierunt terram de predicto Ricardo de Umfrauilla, quia idem Ricardus reddidit predictae Roysie de Douera partem terre illius quam ipse habuit, scil. quicquid habuit in Lesnes, unde predicti Ricardus et Roysia sunt in seisinā.

Et predictus Robertus uenit et defendit totum ius ipsius Roysie et seisinam antecessoris ipsius de uerbo in uerbum per corpus cuiusdam liberi hominis sui talis etc. Willelmi de Cumpeigne.

Et Ricardus de Monte Ficheti uenit et defendit etc. per corpus cuiusdam etc. scil. Godwini de la Mare. |

[260 b.]

Et predicti Ricardus et Roesia ueniunt et dicunt quod predictus Robertus et Ricardus iniuste intrant in defensionem per corpora liberorum hominum suorum, quia duellum non debet esse inter tam propinquas personas, quia quidam Ricardus de Lucy fuit seisitus de predicta terra cum pert. ut de iure et feodo, et de predicto Galfrido /1 descendit ius terre

/1 Corr. *Ricardo*; the mistake was made in A but corrected.

593

illius cuidam Galfrido ut filio et heredi suo, et de predicto Galfrido Roysie /1 de Douera auie istius Roysie, et de Roesia Roberto de Douera, et de Roberto predictae Roesie que nunc est. Et dicunt quod predictus Galfridus habuit duas sorores, unam Auelinam nomine et Matillidem, et de Auelina uenit predictus Ricardus de Monte Ficheti qui nunc est, et de Matillide Robertus filius Walteri qui nunc est, et si hoc non sufficit offerunt disracionare ius suum per corpora duorum liberorum hominum suorum scil. uersus Godwinum hominem /2 Ricardi Fichet per corpus Henrici de Pontefracto, et uersus Willelmum Cumpeigne hominem /2 Roberti filii Walteri per corpus Anxelini de Ripun.

Et predicti Robertus et Ricardus ueniunt et dicunt quod totum ius descendere non debuit tantum predictae Roysie uxori predicti Ricardi, quia predicta Roysia de Douera filia predicti Galfridi de Lucy et auia predictae Roysie habuit tres sorores, scil. unam Matillidem nomine que fuit primogenita et maritata Willelmo do Bello Campo, de qua exierunt heredes apparentes, et aliam Mabiliam nomine que obiit sine herede, et Auelinam que maritata fuit Radulfo Patric de qua existunt heredes apparentes, et desicut predicta Roysia de Douera habuit coheredes predictas sorores, nolunt eis respondere sine participibus nisi curia considerauerit.

Et predicti Ricardus et Roysia bene concedunt quod predicta Roysia de Douera habuit tres sorores, quarum una fuit monialis scil. Auelina, et due alie habuerunt partem

suam separatam et discretam de hereditate predicti Galfridi de Lucy scil. Roysia et Matillis et heredes eorum, et unde /3 nichil poterunt clamare de parte predictae Roysie de Douera que ei remansit de predicta hereditate. Unde petunt eandem seisinam quam Roysia de Douera habuit ut illa que descendit de masculo.

Et predicti Robertus et Ricardus defendunt ius ipsorum et seisinam antecessorum per corpora predictorum ut prius, et dicunt quod nichil petunt de hereditate et nec aliquam

/1 Sister of Geoffrey. Dug. Bar. vol. 1, p. 566. <As is said in the next paragraph, Roesia was Galfrid's daughter, not his sister.>

/2 *campionem, A.*

/3 *Corr. Roysia et Matillis, et unde heredes earum, A.*

594

partem /1, set dicunt quod Matillis soror ipsius Roysie de Douera quamdam partem habuit de predicta hereditate per Regem Ricardum, set nesciunt utrum se tenuit inde contentam uel non, et dicunt quod predicta Auelina non fuit monialis set maritata fuit et heredes habuit.

Et predicti Ricardus et Roysia requisiti quomodo predicta Roysia auia exiuit de terra illa, dicunt quod per uoluntatem Regis Ricardi qui illam tradidit Godefrido de Lucy tunc Wintoniensi Episcopo, et idem Godefridus illam tradidit Roberto filio Walteri et patri predicti Ricardi de Monte Ficheti.

Et quia predicti Ricardus et Roysia nichil petunt nisi de seisina Roysie de Douera auie istius Roysie et predicti Robertus et Ricardus nichil clamant de ceppo illius Roysie, consideratum est quod duella uadientur inter eos etc. /2

1765.
Kent.

/3 Thomas de Bauelingham pro se et Mabilia uxore sua cuius loco ponitur petit uersus Beatriciam de Say quod faciat ei consuetudines et seruicia que facere debent /4 de tenemento quod de eis tenere debet in Thorneham, unde idem Thomas dicit quod Mabilia uxor /5 est primogenita filia et heres Stephani de Thurneham, unde dicit quod ipsa Beatricia desicut est postnata debet ei seruicium suum facere de parte sua, unde petit quod faciat ei fidelitatem et quod ei debet facere etc. /6

Et Beatricia uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod Radulfus de Fay /7 quondam uir suus fecit seruicium suum Dom. Galfrido de Say de terra illa, et ipsa semper

postea fecit ei seruicium suum, nec ausa fuit postea recedere de dicto Galfrido, et inde uocat eum ad warantum. Qui uenit et ei warentizat, et dicit quod fecit ei seruicium suum sine contradiccione et aliquo clamio quod ipse Thomas uel alius apponeret.

/1 Sic, A.

/2 In order to prove consanguinity with the tenants Rohesia the demandant has to go back to an ancestor more remote than Rohesia of Dover upon whose seisin she has counted, and the tenants do not claim under Rohesia of Dover. So there may be battle.

/3 A. m. 2 d.

/4 Sic, A.

/5 Supply *eius*, A.

/6 *et quod ei facere debet de parte sua*, A.

/7 Sic, A. <"Fay" is right.>

595

Et Thomas pro se etc. dicit quod uxor sua est primogenita, et desicut ipsa Beatricia sine eo fecit homagium et seruicium suum capitali domino, petit inde iudicium.

Et Galfridus dicit quod statim post mortem Stephani de Thurneham Radulfus de Fay /1 uir ipsius Beatricie uenit ad eum et sine clamio quod idem Thomas uel Mabilia uel aliquis alius apponeret, fecit ei homagium suum, et petit iudicium si debeat eis inde respondere. Dies datus est de audiendo iudicio suo apud Westmonasterium tali die etc. |

[261.]

1766.

/2 Assisa uenit recognitura si Robertus de Willingtona auunculus Ricardi filii Rogeri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xl. acris terre cum pert. in Willingtona die etc., et si etc., quam terram Joscelinus de Oye tenet. Qui uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia nichil tenet nisi per Dom. Regem et de ballia sua quamdiu Dom. Regi placuerit, et non dedit quin Robertus obiit inde seisitus. Et ideo assisa sine die. Set ut inquiratur ueritas per iuratores quesitum est ab eis de seisina Roberti et si predictus Ricardus sit propinquior heres.

Responsio
contra assi-
sam mortis
quod tenens
concedit
omnia uerba
breuis set
quod nichil
habet in tene-
mento nisi
per Dom. Re-
gem et ad
uoluntatem
suam, et ideo
inquiratur
ueritas per
iuratores, set
exspectetur
inde uoluntas
Regis /3.

Et iuratores et totus comitatus /4 testantur quod Robertus
obiit seisisitus ut de feodo et post terminum, et quod idem
Ricardus est propinquior heres. De Stephano postnato fratre
Roberti et Rogeri dicunt quod reuera intrusit se in terram
illam post mortem Roberti, set Dom. Rex amouit utrumque
pro contencione inter illos et illam tenuit in manu sua, et
illam commisit predicto Joscelino. Et ideo loquatur cum
Dom. Rege. Postea apud Westmonasterium precepit Dom.
Rex quod predictus Ricardus haberet seisinam suam. Et
preceptum est uicecomiti etc.

1767.

/5 Assisa uenit recognitura si Simon de Wahulla iniuste
etc. disseisiuit Rogerum filium Thome de libero tenemento
suo in Netelestede post ult' etc. Et Simon uenit et dicit
quod assisa non debet inde fieri quia idem Rogerus tenet

/1 Sic, A.

/2 A m. 3.

/3 Bracton, f. 261, cites this case
and uses almost these words.

/4 This case is from the eyre, and
the full county court is assembled.

/5 A. m. 4 d.

596

tenementum illud de eo per seruicium xlj. den. et unius
uomeris per annum, et idem Rogerus se subtraxit de predicto

seruicio per vij. annos, unde per iudicium curie sue cepit se ad tenementum suum, quia ad primam nec ad terciam summonicionem uenire uoluit ad curiam suam responsurus de arreragiis seruicii illius. Et producit cartam suam que hoc testatur.

Nota de terra
capta in ma-
nu capitalis
domini per
consideracio-
nem curie
sue pro arre-
ragiis ser-
uicii. Et
curia presens
et hoc testa-
tur et ideo
nulla disseisi-
na. Et satis-
faciat tenens
de arre-
ragiis /1

Et Rogerus dicit quod pro defectu seruicii non debuit terram illam capere in manum suam quia semper reddidit ei seruicium illud et eciam per duos annos post disseisinam illam. Et quia idem Simon de quodam tenemento quod de eo non tenuit blada et uestituram asportauit, ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod predictus Simon non disseisiuit eundem Rogerum de predicto tenemento nec de aliquo alio, set per consideracionem curie sue, secundum quod predictum est, pro arreragiis seruicii sui cepit terram illam in manum suam. Et ideo consideratum est quod predictus Simon inde quietus et Rogerus in misericordia pro falso clamore. Et preceptum est Rogero quod inueniat eidem Simoni plegios de predictis arreragiis, et quod idem Simon reddat ei terram suam.

1768.

/2 Assisa uenit recognitura si Willelmus de Sturmwe Capellanus auunculus Philippi de Bosco, Willelmi et Johannis fratrum eius et Johannis filii Philippi et Willelmi fratris eius fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj. acris terre cum pert in Sturmwe die etc., et si etc., unde Willelmus de Sturmwe Capellanus viij. acras et Petrus Persona etc. viij. acras inde tenent. Qui ueniunt et dicunt quod non tenent terram illam nisi /3 de Stephano de Audingtona et Matillide uxore eius. Et predictus Philippus et alii non possunt hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod predicti Philippus et alii in misericordia, et predictus W. Capellanus et predictus Petrus inde sine die.

Nota quod
cadiit breue
et assisa quia
tenens non
habet in tene-
mento nisi
terminum.

1769.

/4 Emma que fuit uxor Radulfi de Grenestona petit uersus

/1 Bracton, f. 205 b, cites this case.
It is Fitz. Cessavit, 60, where the
reference is to Pasch. A. R. 10.

/2 A. m. 5 d.

/3 Supply *ad terminum*, A.

/4 A. m. 7.

597

Bartholomeum de Deingtona manerium de Hamptona ut ius
suum, in quod idem Bartholomeus non habet ingressum nisi
per Radulfum de Grenestona quondam uirum ipsius Emme,
qui illud ei dimisit, cui ipsa in uita sua contradicere non
potuit, ut dicit etc.

Et Bartholomeus uenit et dicit quod in curia Dom. Regis
apud Bermundeseiam /1 in curia Dom. Regis /1 coram iusticiariis
itinerantibus recuperauit ipse xxxij. acras terre cum pert de
eadem terra in Hamptona uersus Radulfum de Grenestona et
predictam Emmam, ut racionabilem partem suam, que eum
contingebat de hereditate Simonis de Deingtona patris ipsius
Bartholomei et aui istius Emme ut de terra partibili.

Et Emma dicit quod predictus Bartholomeus iniuste dicit
quod terra est partibilis, quia terra illa fuit francum feodum,
et dicit quod si aliquam terram recuperauit uersus predictum
Radulfum uirum suum hoc fuit ipsa ignorante, quia ipsa non
interfuit ut dicit nec aliquis pro ea, et quod partibilis non
fuit, quia quidam Comes Robertus de Ver dedit | terram
illam de dominico suo cuidam Osberto marescallo suo, et
idem Osbertus dedit terram illam Priori de Hortona, et idem
Prior Simoni auo istius Emme, et de ipso Simone descendit
terra illa Stephano patri istius Emme.

[261 b.]

Et Bartholomeus uenit et dicit quod iurata capta fuit de
predicta terra coram iusticiariis, et quod ipsa presens fuit
ubi ipse recuperauit per iuratam illam, et de hoc ponit se
super iuratores illius assise. Et postea testatum quod pre-
dicta Emma nunquam postea seisinam habuit de aliqua parte

illius terre post mortem Radulfi uiri sui etsi partibilis esset. Et ideo consideratum est quod inquiratur per iuratores si predictus Bartholomeus alium habuit ingressum in terram illam quam per predictum Radulfum uirum suum.

Juratores dicunt quod predictus Stephanus pater predictae Emme tenuit totam terram illam integre tota uita sua et inde obiit seisitus, et quod predicta Emma post eum tenuit, et quod idem Bartholomeus non habuit ingressum in terram illam nisi per predictum Radulfum uirum suum. Et ideo

/1-/1 Om. A.

598

consideratum est quod predicta Emma recuperauit seisinam suam, et Bartholomeus in misericordia etc.

1770.

/1 Assisa uenit recognitura si Willelmus de Euere pater Johanne uxoris Willelmi de Casingtona fuit seisitus in dominico suo etc. de sexties xx. acris terre cum pert. et duabus marcatis redditus in Eure etc., unde Willelmus de Penhert et Maria uxor eius tenent lx. acras etc. et Jacobus de Eure tantum etc., et Radulfus de Eure tantum etc., et Hawisia filia Walteri de Eure predictum redditum eis deforciat. Qui omnes preter Hawisiam ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia terra illa est partibilis et partita est in quinque partes, ita quod predicti Willelmus et Johanna habent partem suam, et nolunt eis respondere desicut petunt totam terram unde ipsi partem habent.

Et Hawisia uenit et dicit quod habet predictum redditum ex dono predicti Willelmi patris Johanne ad se maritandam per cartam ipsius Willelmi quam profert et que hoc testatur duobus annis ante mortem suam, ita quod duobus annis fuit in seisina antequam iter arripuit uersus Jerosolimam.

Et Willelmus de Penhurst et Maria uxor eius ueniunt et uocant ad warantum Ricardum et Robertum de Eure. Et Robertus uenit et eis warentizat. Et Ricardus dicit quod non debet warentizare quia nunquam aliquam seisinam habuit de terra illa nec de aliqua parte illius terre. Et Jacobus et Radulfus ueniunt et dicunt quod habent terram illam sicut pro partem ipsorum.

Et predicti Willelmus et Johanna dicunt quod terra illa nunquam partita fuit quia Willelmus de Eure pater ipsius Johanne fuit in seisina de eadem terra die quo iter arripuit uersus Jerosolimam, et quod fuit in seisina de predicto redditu duobus annis postquam iter arripuit, ita redditum illum impignorauit ad terminum crucesignatorum, et petunt seisinam predicti Willelmi, et preterea dicunt quod predictus Willelmus habuit duos fratres qui nunquam habuerunt aliquam partem de predicta terra uel redditu, et inde ponunt

se super iuratam.

Et Willelmus et Maria et alii dicunt quod tempore

/1 A. m. 8.

599

predicti Willelmi patris Johanne fuerunt in seisisina de predictis partibus terrarum, et inde ponunt se super iuratam. Et Hawisia uenit et dicit quod fuit in seisisina de predicto redditu duobus annis antequam idem Willelmus iter arripuit uersus Jerosolimam, et inde ponit se super iuratam.

Et iuratores dicunt quod predictus Willelmus non fuit seisisitus ut de feodo de predicta terra die quo iter arripuit nisi tantum de parte sua que eum contingebat de hereditate Walteri patris ipsorum sicut de gaelekynde, quia fratres ipsius Willelmi fecerunt homagium capitalibus dominis illius feodi et uixerunt de communi in eadem terra, et quod idem Willelmus per uoluntatem fratrum suorum dimisit eam ad firmam cuidam Aaron ad firmam ad terminum trium annorum sub tali condicione quod post terminum illum reuerteretur terra illa ad fratres suos diuidenda inter eos, ita quod post terminum illum unusquisque ipsorum habuit partem suam. Et ideo consideratum est quod predicti Willelmus de Cusingtona et Johanna nichil capiant per assisam et sint in misericordia pro falso clamore, et Willelmus et Maria et alii inde quieti etc.

De Hawisia dicunt quod fuit in seisisina de predicto redditu per duos annos antequam idem Willelmus iter arriperet uersus Jerosolymam. Et ideo ipsa teneat redditum suum in pace etc. |

[262.]

1771.

/1 Alanus de Esturmuwe petit uersus Simonem de Sandwico et Julianam uxorem eius quod warentizent ei xl. acras terre cum pert. in Prestona quas tenet et de eis tenere clamat, et unde cartam Johannis Capel patris ipsius Juliane cuius heres ipsa Juliana est habet etc., unde predictus Alanus dicit quod desicut per cartam ipsius Johannis debet libere tenere et quietanciam habere de omnibus seruiciis per redditum xx. den. quem reddet /3 per annum ad Natale, predictus Simon et Juliana petunt alia seruicia et consuetudines quam facere debent /4 et contra cartam suam.

Nota quod
ille qui wa-
rantizare /2
debut nun-
quam seisi-
nam habuit

nisi ratione
uxoris sue
que inde
obiit seisita,
et tenens
querens in
misericordia.

Et Simon pro se etc. uenit et dicit quod non debet

/1 A. m. 8.

/2 This is a mistake. It was the
voucher not the vouchee who had no
seisin save in right of his wife. The
tenens querens is Alan, who holds the
land and brings the action.

/3 Corr. *reddit*, A.

/4 Sic, A.

600

cartam illam ei warentizare, quia Johannes Capel per quem
clamat terram illam nunquam tenuit illam in dominico nec
umquam illam ei dedit, et preterea idem Alanus non potuit
terram illam sibi acquirere quia terra illa fuit ius et hereditas
Dionisie uxoris ipsius Alani, ita quod terram illam tempore
quo carta illa debuit fieri tenuit cum ipsa Dionisia, et ipsa
Dionisia tenuit predictam terram de Johanne Capel per
seruicia et consuetudines debitas, et ipsa Dionisia obiit inde
seisita ut de feodo et iure suo, et idem Alanus nichil habere
potest in terra illa nisi racione filiorum et heredum ipsius
Dionisie, et desicut continetur in carta quam idem Alanus
habet quod predictus Johannes dedit et concessit et franchifi-
cauit et confirmauit eidem Alano pro homagio suo et idem
Alanus nunquam habuit terram illam ex dono ipsius Johannis
nec alio modo, petit iudicium si debeat predicto Alano
respondere.

Et Alanus cognoscit quod terra illa reuera fuit hereditas
Dionisie uxoris sue et quod nunquam illam habuit ex dono
ipsius Johannis, set dicit quod idem Johannes terram illam
ei franchificauit et petit iudicium.

Et quia predictus Alanus cognouit quod habuit terram
per uxorem suam et cum ea et non ex dono Johannis, et
preterea quia Dionisia nunquam dimisit se et obiit seisita ut
de feodo suo, nec idem Alanus aliquid inde habuit nisi
racione custodie puerorum suorum et heredum uxoris sue,
consideratum est quod non tenentur terram illam ei warenti-
zare nec cartam, et ideo inde quieti et Alanus in misericordia
etc.

1772.

/1 Assisa uenit recognitura si Robertus Roc pater Willelmi et Johannis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. uirg. terre cum pert. in Strete die etc., et si etc., quam terram Willelmus de Pucot /2 tenet. Et non uenit, et testatum est quod Willelmus non habet inde nisi custodiam et ad firmam ad unum annum post hunc terminum per Johannem Bretel qui non habuit inde nisi custodiam. Et attornatus Johannis presens est et cognoscit quod non tra-

Nota capita-
lis dominus
tradidit ad
terminum
saluo iure
heredum,
et ideo pro-
cessit assisa.

/1 A. m. 8 d.

/2 *Putot, A.*

601

didit terram illam ad firmam nisi saluo iure heredum. Et ideo capiatur assisa.

Juratores dicunt quod Robertus obiit seisitus de terra illa ut de feodo, et quod isti Willelmus et Johannes sunt eius propinquiores heredes. Et ideo consideratum est quod ipsi habeant seisinam suam, et Willelmus in misericordia etc.

1773.

/1 Assisa uenit recognitura si Matillis filia Wulnofi mater Emme uxoris Augustini ad Puteum et Wymarce et Alesie sororum ipsius Emme fuit seisita in dominico suo etc. de xiiij. acris terre et j. mesuagio cum pert. in Roctona die etc., et si etc., unde Ricardus Braz de Fer et Thomas de Shatingdona et tales etc. tenent. Qui ueniunt et uocant Thomam ad warantum, et qui eis etc., et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipsa Emma et alie fuerunt in seisina de terra illa post mortem Matillidis matris earum fere per j. annum, et postea uenerunt Radulfus et Hamon fratres ipsarum et eiecerunt illas et tenuerunt illam ut heredes ipsius Matillidis et illam terrain uendiderunt, et inde ponunt se super iuratam.

Nota quod
non iacet
assisa quia
heredes pe-
tentes per
assisam sei-
sinam prius

habuerunt
per j.
annum /2.

Et Augustinus, Emma et alie hoc defendunt et dicunt quod nullum fratrem habuerunt, set bene concedunt quod ipse fuerunt in seisisina de eadem terra per unum annum post mortem Matillidis sicut recte heredes ipsius Matillidis. Et ideo consideratum est quod nulla iacet assisa. Ideo Thomas inde sine die etc.

1774.

/3 Assisa uenit recognitura si Robertus de Derham pater Florie uxoris Galfridi le Espercer fuit seisitus in dominico etc. de duabus acris terre et dim. in Hackintona die etc., et si etc., unde Robertus Russel tenet duas partes et Anxellus le Mercer terciam partem tenet. |

Nota.

[262 b.]

Et Robertus Russel uenit et dicit quod tenuit terram illam cum Isobella uxore sua cuius hereditas terra illa fuit, et ipsa Isobella mortua est, ita quod non habet inde nisi custodiam cum Alicia et Isobella filiabus et heredibus ipsius Isobelle que sunt infra etatem et petunt /5 etatem suam. Et

Nota de
minori etate /4.

/1 A. m. 9 d.

/2 See Br. f. 273.

/3 A. m. 9.

/4 See Br. f. 274 b.

/5 Sic, A.

602

eodem modo respondet Anxellus et petit etatem illarum eo quod emit illam terram de matre ipsarum. Et dicunt quod quidam Henricus auus ipsarum filiarum obiit seisitus de terra illa priusquam Robertus de Derham obiisset et postea Isabella filia sua.

Et Galfridus et Fluria dicunt quod predictus Robertus obiit seisitus de terra illa priusquam predictus Henricus. Et ideo inquiratur inde ueritas sine sacramento. Et iuratores dicunt sine sacramento quod predictus Robertus obiit per multum tempus ante predictum Henricum. Et Galfridus et Fluria dicunt quod etas filiarum non debet expectari, quia

predictus Henricus non habuit ingressum in terram illam nisi per Agnetem uxorem ipsius Roberti que non habuit inde nisi dotem et francum bancum suum. Et ideo consideratum est quod assisa procedat non obstante etate predictarum filiarum etc.

Juratores dicunt quod Robertus obiit seisitus ut de feodo de terra illa et post terminum et quod Fluria est propinquior heres. Et ideo consideratum est quod predicti Galfridus et et Fluria recuperauerunt seisinam suam, et Robertus et Anxellus in misericordia.

1775.

/1 Assisa uenit recognitura si Willelmus de Herst frater Thome fait seisitus in dominico suo ut de feodo de vj. acris terre cum pert. in Godmarisham die etc., quam terram Sabina filia Willelmi tenet. Que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipsa fuit uxor predicti Willelmi de Herst et Willelmus pueros habet de ea quorum terra illa est, et ipsa nichil clamat nisi per pueros illos qui sunt in custodia. Et Thomas hoc cognoscit, set dicit quod pueri illi sunt bastardi, et quod sunt infra etatem. Et ideo consideratum est quod Sabina non respondeat, et ideo Thomas sine die usque ad etatem puerorum.

Nota quod
remanet
assisa usque
ad etatem de
illis quibus
obicitur quod
bastardi
sunt /2.

1776.

/3 Thomas de Wadenhale et Johannes frater suus petunt uersus Daudem de Wlwico xix. acras terre cum pert. in

/1 A. m. 9.

/2 Bracton cites this case on f. 280 b, and again on f. 418 b. See below Case 1780.

/3 A. m. 9.

603

Northcraie ut ius suum, unde Clarebaldus antecessor ipsorum fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc.

Et Daud uenit et dicit quod non debet hic respondere ad hoc breve, quia loquela ponitur per quoddam Pone de

comitatu et loquela nunquam fuit in comitatu. Et comitatus /1 super hoc requisitus recordatur quod non fuit in comitatu, quia post aduentum iusticiariorum apud Cantuariam fuit probata prima defalta. Et ideo consideratum est quod redeat ad comitatum si uoluerit.

Nota quod
remitteretur
loquela a
iusticiariis
itinerantibus
ad comitatum
que
posita fuit
coram eis
per Pone,
quia loquela
nunquam
fuit in
comitatu.

1777.

/2 Johannes de Biricholt attachiatus fuit ad respondendum Alexandro de Biricholt quod teneat ei finem factum in curia Dom. J. Regis coram iusticiariis apud Westmonasterium inter ipsum Johannem petentem et Rogerum de Biricholt patrem predicti Alexandri cuius heres ipse est tenentem de feodo dim. militis cum pert. in Biricholt unde cirographum etc., quod idem Alexander profert et quod testatur, quod medietas tocuis predicti feodi debuit remanere ipsi Rogero et heredibus suis, unde idem Alexander queritur quod non habet inde nisi terciam partem, quia quedam Albreda tenuit terciam partem que nuper obiit, unde petit medietatem illius terre quam illa tenuit sicut illam que fuit de eodem feodo. <For the fine in question see *Feet of fines*, p 36.>

Nota.

Et Johannes uenit et cognoscit finem et cirographum et dicit quod de terra quam ipsa Albreda tenuit non debet ipse Alexander partem habere, quia die quo cyrographum factum fuit recepit ipse Rogerus pater Alexandri partem suam de tota terra excepta parte quam ipsa Albreda tenuit, set de terra quam ipsa tenuit in dotem fuit idem Johannes semper in seisina de seruicio eiusdem Albrede, nec umquam pater suus aliquid inde clamauit, et petit inde iudicium.

Nota quod
recuperat
per finem
factum partem
terre
quam femina
tenuit nomine
dotis

die quo finis
factus fuit.

Et Alexander uenit et defendit quod Rogerus pater suus nunquam se tenuit contentum de parte sua quousque ipsa Albreda mortua fuit, et ipsa Albreda obiit iam duobus annis elapsis, unde quia terra quam ipsa tenuit est de predicto feodo dimidii militis et nunc primo deliberata est, petit inde partem suam. Et quia Johannes nichil ostendit quod idem Rogerus uel Alexander quietum clamassent aliquid de dote

/1 The county is present before the
justices in eyre.

/2 A. m. 10 d.

604

illa, et Johannes non dedit quod terra illa non sit de predicto feodo nec aliquid specialiter excipitur in cirographo, consideratum est quod cyrographum teneatur, et quod Alexander recuperauit seisinam suam de medietate tocuis predicte terre quam Albreda tenuit in dotem, et Johannes in misericordia etc.

1778.

/1 Assisa uenit recognitura si Gilebertus de Brampdona auunculus Willelmi de Brampdona fait seisitus in domino suo | de v. acris terre cum pert. in Veteri Rumenal die etc., et si etc., unde Adam Ruffus tenet tres acras et Willelmus le Noreys ii. acras. Et Adam et Willelmus non uenerunt, et summonicio etc., et ideo capiatur assisa per defaultam.

[263.]

Nota quod
in itinere
capiatur
assisa ad
primam de-
defaultam sine
resummoni-
cione /2.

Juratores dicunt quod Gilebertus nullam terram tenuit in Veteri Rumenal, set bene sciunt quod Gilebertus obiit seisitus de tribus acris terre et dim. in Audingtona quas Adam Colsweyn tenet, et bene sciunt quod obiit seisitus de duabus acris terre in eadem uilla quas Robertus et Hamo le Noreys tenent, set nesciunt quis sit Willelmus le Noreys. Et quia breue loquitur de Veteri Rumenal et Hamo et Robertus non sunt summoniti de duabus acris terre, consideratum est quod de illis duabus acris terre perquirat aliud breue et sit in misericordia pro falso clamore.

De tribus acris terre dicunt quod reuera terra illa est in parochia de Veteri Rumenal in quodam membro de Audingtona. Et iuratores dicunt quod Adam le Rus tenet tres acras. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperat seisinam suam uersus eum et ipse in misericordia etc.

1779.

/3 Adam filius Bertini petit uersus Willelmum de Puntfeldia xij. acras terre et dim. cum pert. in Esse ut ius suum, unde quidam antecessor suus Malgerus nomine auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo etc., et de Malgero descendit ius terre illius cuidam Ernulpho et Bertino fratri suo sicut terra partibilis, et idem Arnulphus fuit pater Willelmi, et predictus Bertinus fuit pater Ade, unde terra que fuit ipsius

/1 A. m. 11.

/2 Bracton, f. 239, cites this case anonymously.

/3 A. m. 11.

605

Malgeri debuit partiri inter eos, et Willelmus totam terram tenet etc.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum, set bene cognoscit seisinam Malgeri aui sui, set terra illa non est partibilis nec umquam fuit partita, quia Malgerus illam tenuit per serianteriam, et postea Arnulphus filius suus tota uita sua sicut primogenitus filius et heres, et post eum idem Willelmus filius suus fuit infra etatem et in custodia, et quando uenit ad etatem uenit et tulit breue mortis antecessoris super Robertum de Godstanetona dominum suum, et in tantum processit assisa quod concordati fuerunt in curia Dom. Regis sine clamio quod aliquis apponeret, et petit iudicium si super hoc debeat respondere. Et quod nunquam sit partita nec partibilis sit, ponit se super iuratam, si curia considerauerit quod debeat super cirographum fieri etc. <For the fine in question see *Feet of fines*, p 27.>

Et attornatus Ade dicit quod Bertinus pater suus tempore quo cirographum factum fuit fuit ultra mare et ibi fugatus pro quodam delicto quod ei impositum fuerat, et bene dicit quod terra illa est partibilis sicut gaelekynde, et inde ponit se super iuratam.

Et Willelmus dicit quod pater predicti Roberti de Godlinestona dedit terram illam predicto Malgero de dominico suo pro homagio et seruicio suo, ita quod nunquam antea nec umquam postea partita fuit, quia Malgerus feofatus fuit per seruicium eundi cum eo ad custum ipsius feoffatoris, et

Bertinus quando finis factus fuit in Anglia, et si exiuit hoc fecit per delictum suum, et petit inde iudicium. Et quia ambo cognoscunt quod fuit in partibus transmarinis quando cirographum confectum fuit, consideratum est quod respondeat non obstante cirographo. Et ideo fiat iurata ad recognoscendum si terra sit partibilis uel non, et si umquam fuerit partita. Postea concordati sunt ita quod Adam retinuit totum per tantum etc.

Nota quod
non nocet
quod petens
clamium non
apposuit tem-
pore finis
facti, quia
tam tenens
quam petens
cognoscunt
quod tem-
pore finis
facti fuit
petens ultra
mare /1.

1780.

/2 Assisa uenit recognitura si Henricus Pamforer pater Geruasii et Rogeri fuit seisitus in dominico suo etc. de xx. acris terre cum pert. in Northona die etc., et si etc., quam terram Ricardus Pamforer tenet. Qui uenit et dicit quod

/1 See Br. f. 436 b. § 5.

/2 A. m. 12.

606

assisa non debet inde fieri quia ipsi Geruasius et Rogerus sunt bastardi eo quod nati fuerunt ante matrimonium, et bene ponit se super iuratum quod non sunt propinquiores heredes, quia nati fuerunt in adulterio, set bene cognoscit quod Henricus obiit inde seisitus ut de feodo. Et quia Rogerus et Geruasius sunt infra etatem ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod Jeruasius et Rogerus non sunt propinquiores heredes quia nati fuerunt in adulterio ante matrimonium. Et ideo consideratum est quod nichil capiant per assisam, et Ricardus inde sine die. Et similiter dicunt quod filia eiusdem Henrici nata fuit ante matrimonium. Et Ricardus concessit matri eorum dotem suam. |

Nota. Bas-
tardia utrum
ante matri-
monium uel

post discussa
in Curia
Regis /1.

[263 b.]

1781.

/2 Assisa uenit recognitura si Dionisius de Hecham pater Roberti de Hecham fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de tribus uirg. terre cum pert. in Hecham die etc., et si etc., quam terram Gerardus filius Hamonis tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipse non tenet nisi medietatem illius terre quia Johannes frater suus tenet aliam medietatem. Et Johannes presens est et hoc cognoscit. Et ideo Gerardus inde sine die et Robertus perquirat se uersus eos per aliud breue si uoluerit.

Nota.

Contra hoc
ex alia parte
folii in
principio /3.

1782.

/4 Isobella de Hotoft per Galfridum Cunquest attornatum suum peciit uersus Hamonem Colekyn quod faceret ei seruicia et consuetudines de tenemento quod de ea tenet in Esewaut desicut ipsa Isobella est antenata soror et idem Hamon est de sorore sua postnata.

Et Hamon uenit et dixit quod Galfridus de Say capitalis dominus est in seisina de seruicio suo et eum distrinxit ad faciendum ei homagium suum et inde /5 adhuc dstringit, et inde uocat ipsum Galfridum ad warantum.

Et Galfridus per summonicionem uenit et cognouit quod inde faceret quicquid curia consideraret, et non dedit quin

/1 Bracton cites this case thrice, f. 280 b, 417, 418 b. He contrasts it with Case 1775. It is of importance as showing that special bastardy can be determined in a lay court if need be.

/2 A. m. 12.

/3 This seemingly refers to Case 1787 which begins at the top of MS. f. 264; which however is not *contra hoc*, since in both cases the assize is defeated by plea of partial non-tenure.

/4 A. m. 12.

/5 Om. inde, A.

607

Hamon sit de postnata sorore. Et ideo consideratum est quod idem Hamon faciat eidem Galfrido de cetero seruicium suum, non sicut capitali domino, set sicut illi quem Isobella attornauit ut heredem suum eo quod desponsauit filiam et heredem ipsius Isobelle, et de cetero ei intendat sicut domino suo etc. /1

1783.

/2 Assisa uenit recognitura si Emma mater Rogeri fuit seisita in dominico suo ut de feodo de duabus acris terre cum pert. in Fisseburnia die quo etc., quam terram Thomas filius Willelmi de Fisseburnia tenet. Qui uenit et est infra etatem et petit etatem suam.

Nota quod
non rema-
nebit assisa
mortis ante-
cessoris prop-
ter minorem
etatem do-
mini capitalis
nec eius
heredis nec
heredis here-
dis ubi alie-
nauit auus /3.

Et Rogerus dicit quod non debet etatem habere quia Emma mater sua tenuit de Radulfo auo ipsius Thome et post mortem ipsius Emme idem Rogerus remansit in custodia ipsius Radulfi, unde pater ipsius Thome nec auus suus aliquid inde habuerunt nisi custodiam. Et custos ipsius Thome non potest hoc dedicere, et ideo procedat assisa etc.

Juratores dicunt quod Emma fuit inde seisita ut de feodo die quo obiit, et quod obiit post terminum, et quod Rogerus est propinquior heres, et quod Edmerus pater suus quondam uir ipsius Emme post mortem ipsius Emme reddidit Radulfo auo ipsius Thome *gablum* /4 de tali termino et cum terra usque ad etatem ipsius Rogeri. Et ideo consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et Thomas in misericordia. Perdonatur quia est infra etatem.

1784.

/5 Assisa uenit recognitura si Johannes de Bingham frater Cristiane uxoris Rogeri filii Alicie et Cristiane uxoris Gregorii

de Cant' et Agnetis uxoris Simonis de Cotinges fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xvj. acr. terre et dim. cum pert. in Bingham die etc., et si etc., quam terram Johannes

Nota quod
cadi assisa
quia tenens
et petentes
sunt de uno
stipite /6.

/1 See above Case 1765. This is
Fitz. *Droyt*, 64.

/2 A small part of this seems visible
on A. m. 12; most has perished.

/3 Bracton, f. 275 cites this case.
In a mort d'ancestor against the
heir of the lord, or the heir's heir the
parol shall not demur. The anno-
tator seemingly argues from this to
a case in which the lord having
entered as guardian alienates and
the assize is against the alienee;
here if the lord's heir or his heir's
heir be vouched, the parol shall not
demur.

/4 This word begins with a capital
and may possibly be a proper name;
more probably it is *gablum*, rent.
After *termino* an omission may be
suspected.

/5 A. m. 15.

/6 See Br. f. 278 b.

608

de Burgho et Sabina uxor eius tenent. Qui ueniunt et
dicunt quod assisa non debet super eam procedere, quia ipsa
Sabina fuit filia predicti Johannis de cuius morte tulerunt
assisam, et petunt iudicium si assisa debeat iude procedere.
Et alii dicunt quod bene potest esse quod sit filia sua, set est
bastarda. Et ideo consideratum est quod eant inde quieti et
alii in misericordia, scilicet Rogerus et alii etc.

1785.

/1 Assisa uenit recognitura si Galfridus de Winteringeham,
Ricardus filius Augustini et tales etc. iniuste et sine iudicio
leuauerunt quoddam fossatum in Oxon' ad nocumentum
liberi tenementi Nicholai de Poltona et Orable uxoris eius
etc.

Nota quod
communis
utilitas pre-
ferenda est

priuate. <Galfrid and the other defendants are presumably the jurats of Romney Marsh.>

Et Galfridus et alii ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere, quia ibi fuit quoddam fossatum tempore H. Regis aui etc. et est ad communem utilitatem tocius patrie pro terris exsecandis. Dicunt eciam quod fossatum illud reparatum fuit ad uoluntatem Dom. Regis, quod si prostratum esset Dom. Rex amitteret xx. libratas redditus assisas /2 et Dom. Cantuariensis similiter et plures alii. Et preterea Benedictus Clericus et tales qui nominantur in breui mortui sunt et heredes eorum infra etatem sunt et in seisinam de terris suis et non fuerunt attachiati. Ideo consideratum est quod Galfridus et alii inde quieti et alii perquirant se uersus omnes tenentes si uoluerint.

1786.

/3 Assisa uenit recognitura si Willelmus de Selue auunculus Rogeri et Simonis fuit seisitus in dominico suo etc. de ix/a. parte xvj. acr. terre cum pert. in Baculf etc. quam Hugo de Stradena tenet. Qui uenit et bene concedit assisam.

Nota.

Juratores dicunt quod predictus Willelmus non obiit seisitus etc. quia in uita sua dedit cuidam Radulfo filio suo terram illam qui tenuit per xxx. annos. Et ideo Hugo inde quietus etc. |

[264.]

1787.

/4 Assisa uenit recognitura si Rogerus Tancre pater J. Tancre fuit seisitus in dominico suo etc. de feodo j. militis

/1 A. m. 15 d.

/2 Sic, A.

/3 A. m. 15 d.

/4 A. m. 15 d.

609

cum pert. in Hechardis die quo iter peregrinacionis etc., et si etc., unde Robertus de Hechardis clericus et Constancia uxor eius tenent medietatem et Selekin de Hachardis

aliam medietatem. Et Robertus et Constancia ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia quedam Dom. Milisanta uxor Philippi de Herdres tenet terciam partem de medietate quam ipsi tenent. Et eodem modo dicit Selekinnus. Et Johannes uenit et dicit quod predicta Millisanta nichil inde tenet set predicti Robertus et alii totam tenent in dominico, et dicit quod Rogerus fuit in seisina die quo iter etc., et quod ante iter nulla terra fuit ei assignata in dotem, et petit seisinam patris sui. Et predicti Rogerus et alii dicunt quod predicta Constancia ut uerus heres assignauit eidem Matillidi dotem suam postquam seisinam habuit de hereditate sua.

Nota quod
cadi assisa
mortis prop-
ter non-te-
nuram quia
uxor tenet
certam par-
tem in
dotem /1.

Et iuratores dicunt sine sacramento quod predicta Milisanta tenet nomine dotis c. sol. redditus ex dono predicti Rogeri de Tancre. Et ideo consideratum est quod predicti Robertus et alii inde sine die et Johannes in misericordia et perquirat sibi per aliud breue.

1788.

/2 Assisa uenit recognitura si Robertus de Wateuilla pater Johannis fuit seisitus in dominico etc. de xlvj. acris terre cum pert. in Elteham die etc., unde Ricardus Abbas de Keynesham tenet xl. acras et Willelmus Raggeholf vj. acras. Et quia testatum est quod Abbas et Willelmus nichil tenent de eadem terra nisi ad terminum, capiatur terra in manum Dom. Regis, et Abbas summoneatur quod sit tali die etc. apud Chelmerfordiam ostensurus de iure suo, unde Jacobus de Elteham dicit quod tenet de eo ad terminum. Et Willelmus similiter etc.

Nota de illis
qui tenent ad
terminum
terram que
de eis petitur
per assisam,
et capitur
terra in
manum
Dom. Regis,
et summo-
nentur tenen-
tes quod sint
ad ostenden-

dum de iure
suo.

1789.

/3 Assisa uenit recognitura si Manasserus de Hastings
auunculus Matillidis uxoris Sampsonis de Leueseham fuit
seisitus etc. de manerio de Grenche cum pert., quam terram
Robertus de Hastings tenet. Qui uenit et dicit quod assisa
non debet inde fieri quia implacitatus est de eadem terra in

/1 This seems to be the case re-
ferred to in the marginal note to
Case 1781. See Br. f. 270 b.

/2 A. m. 15 d.

/3 A. m. 15 d.

610

comitatu per breue de recto, ita quod attachiamenta facta
fuerunt in comitatu et loquela illa posita fuit coram
iusticiariis in primo aduentu etc. per Pone et ideo nolunt /1
respondere nisi curia considerauerit. Et predicti Sampson
et Matillis bene concedunt quod implacitauerunt eum per
breue de recto, set nulla narracio facta fuit in comitatu set
loquela integra fuit. Post uenit Robertus et dicit quod
predictus Sampson se fecit essoniari ad unum comitatum et
ad alium comitatum comparuit et ibi diem cepit cum eodem
Roberto ad concordiam inter eos faciendam. Et quia predicti
Sampson et Matillis cognoscunt quod eum implacitauerunt
in comitatu, et quia recognitum est quod predicta Matillis
est soror ipsius Roberti, consideratum est quod assisa mortis
antecessoris non iacet, et ideo Robertus inde sine die et
Sampson et Matillis perquirant se si uoluerint etc.

Nota quod
respondetur
contra assi-
sam mortis
quod tenens
implacitatur
per breue de
recto, et re-
spondetur
contra quod
loquela ad-
huc integra
est, et cadit
assisa quia
sunt de uno
stipite /2.

1790.

/3 Assisa summonita fuit utrum tres acre terre cum pert.
in Wengham sit /4 laicum feodum Walteri Coc uel libera
elemosina pertinens ad ecclesiam de Wengham. Et Walterus
uenit et recognouit quod pater eius fuit seisitus de redditu
illius terre quam nunc petit in dominico et quod nunquam
fuit seisitus de terra illa. Et ideo consideratum est quod
assisa non iacet et perquirat se si uoluerit. Et ita con-
sideratum est de Johanne Coc qui tulit simile breue etc.

Nota quod
cadi assisa
utrum ubi
petens petit
per assisam
terram ubi
anteccessor
nunquam
fuit in seisina
nisi de
redditu /5.

/1 Sic, A; corr. *non uult*.

/2 Bracton, f. 274, cites this case.

/3 A. m. 15 d.

/4 Corr. *sint*, A.

/5 See Br. f. 286 b.

References

R. E. G. Kirk (ed.), *Feet of fines for Essex*, vol. 1 (Essex
Archaeological Society, 1910).

F. W. Maitland (ed.), *Bracton's note book*, 3 vols. (London, 1887).
[www.archive.org/stream/bractonsnoteboo03maitgoog#page/n607/mode/
lup](http://www.archive.org/stream/bractonsnoteboo03maitgoog#page/n607/mode/lup)

First posted Mar 2010, revised Aug 2012